LECTIONES
SALMANTICENSES, SIVE
ANNIVERSARIÆ RELECTIONES
AD TITVLOS LIBRI SECVNDI DECRETALIVM.

BEATISSIMÆ SANCTISSIMÆ DEI-
PARÆ VIRGINI MARIÆ ABSQVE LABE PECCATI
ORIGINALIS CONCEPTÆ.

DICATAE

AVTHORE DOCTORE IOANNE DE VALBOA
MOGROVEIO,

APVD EOSDEM SALMANTICENSES PRIMARIO IVRIS
Pontificij Anteceſſore, & Salmanticenſis almæ Eccleſiæ Cathedralis
Doctorali Canonico.

De libelli oblatione
de ordine cognitionum

De Praescriptionibus
de re iudicata

Año 1648.

de causa possessionis et propr.
de appellationibus
de exceptionibus

SALMANTICAE,
Ex typographo DIDACO à COSSIO.

Acoſta de ALONSO DE FIGVEROA Mercader de
Libros. Vendeſe en ſu caſa à la libreria.

ex Bybliotheca D.D. andreae Garcia a Samaniego

PIETATIS APICI, RELIGIONIS ASYLO, TRIADOS, SACELLO MISſeræ primorū hominū ſortis reparatrici, cœlorum, & Reginæ, Dei Matri, immaculatæ ſemper Mariæ Virgini, quam fatus ſine affectu nemo pius, precatus ſine effectu, nemo ex voto dico, Conſecroque.

QVam ò diua opem imploro, tuis aduoluor aris, & donariolum adfero, cuius non à manu æſtimatio, ſed à mente. Gratia, ſat ſcio, ſuperis, quæ è corde oblata.

Nec quæ de parua pauper Dijs libat acerra
Thuramintis, grandi quàm data lance valent.

Spondent hæc mihi ſalutarem opem, ſpondet innata tibi bonitas, quo nulla infra Deum humanior, diuinior nulla. Collocauit enim te ſummus ille iuſtitiæ Sol, proximam ſibi inter mortales Lunam, vt affulgeres noſtris tenebris pariter & præfulgeres.

Trepidis vt dulcia nautis
Lumina noctiuagæ tollit Pharus æmula lunæ

Libens itaque meritoque ſumoſis vanæ nobilitatis imaginibus, quibus librorum frontem adornare mos, tuum, ò tutelare gentibus numen, nomen præpono, & quæ, ſecularis ambitio ſibi ſolemni patrocinij nexu manciparet, in tuum ò Angelorum Regina cenſum dedico, tholo ſuſpendo, poſtibus affigo. Fac ò diua, vt Commentarios in Pōtificium ius, quorum ſpecimen tuis auſpicibus edo, eiſdem & perficere, & publicare liceat, & te dignum Clientem, Cœlum dignum incolam effice.

Index titulorum libri ſecundi Decretalium, qui in hoc tomo explicantur.

Titulus de libelli oblatione tercius in ordine libri ſecundi Decretalium.
Titulus decimis de ordine cognitionum.
Titulus duodecimus de cauſa poſſeſsionis & proprietatis.
Titulus vigeſimus quintus de exceptionibus.
Titulus vigeſimus ſextus de præſcriptionibus.
Titulus vigeſimus ſeptimus de ſententia & re iudicata.
Titulus vigeſimus octauus de appellationibus.

M. .P S.

POR mandado de los Señores del Conſejo he viſto, y conſiderado atentamente vn Libro compueſto por el Doctor D. Iuan de Valboa Mogrouejo: que ſe intitula Lectiones Salmanticenſes: ſiue Anniuerſariæ Relect iones ad Titulos Libri Secundi Decretorum. El qual eſta muy doctamente eſcrito, y muy bien trabajado. Y aſsi es muy combiniente, que ſele de licencia para imprimir, porque ſera de mucho probecho para Abogados, y Iuezes, y porque las queſtiones que en el ſe hazen ſon muy practicales, y eſtan heſtudiadas con mucha inſtencion, y claridad, en Madrid à 2. de Iunio de 1643.

Licenciado D. Eſteuan de
Perolaeſpino Lopez.

SVMA DEL PRIVILEGIO.

TIene priuilegio de ſu Mageſtad, Alonſo de Figeroa Librero vezino de la Ciudad de Salamanca para Imprimir por vna vez el Libro intitulado Valboa Super ſecuandum librum Decretalium. Deſpachado en el oficio de Franciſco Eſpadaña Eſcriuano de Camara, ſu fecha en Madrid a veinte de Iunio de mil y ſeiſcientos y quarenta y tres.

Franciſco Eſpadaña.

Yo Fráciſco Eſpadaña Eſcriuano de Camara del Rey nueſtro Señor vno de los que en ſu Conſejo reſiden doy fe, que por los ſeñores del fue taſſado el *Libro* intitulado Valboa ſuper ſecundũ Decretalium, Compueſto por el Doctor D. Iuan de Valboa Mogr uejo, à quatro marauedis cada pliego el qual tiene ciento y cinquenta y vn pliegos, ſin principios ni tablas, que a eſte reſpecto mõta ſeiſciẽtos y quatro marauedis cada Libro. Y a eſte precio y no mas mandaron ſe venda, y que eſta fe ſe ponga al principio de cada Libro para que en todo tiempo conſte el precio a que ſe manda vẽder como conſta del decreto de la dicha taſſa que originalmẽte queda en mi oficio a que me refiero y para que dello conſte doy la preſente en Madrid a diez y ſeis de Iunio de mil y ſeiſcientos y quarenta y ocho Años.

Franciſco Eſpadaña.

AD TITVLVM DE ORDINE COGNI-tionum.

AD RVBRICAM.

NIHIL Aliud intẽdit titulus noſter quàm nobis oſtendere, quis ordo ſeruãdus ſit in cuiuſlibet cauſæ cognitione, quando dubium eſt inter ipſas cognitiones cauſarum & ideo rectè de ordine cognitionum inſcribitur. Duo ergo pro huius rubricæ declaratione explicanda ſunt, alterum quid ordo, alterum verò quid cognitio in præſenti ſignificet

2 Ordo igitur varias in iure noſtro ſolet habere ſignificationes, quas cumulat Prateius de verbis iuris, verbo *ordo*, & vulgò traditur in Rubrica C. vt dignitatũ ordo ſeruetur, lib. 12. Aliquãdo enim naturalẽ vitæ curſum ſignificat l. nã etſi parentibus, ff. de inofficioſo teſtamẽto. Aliquando gradum denotat l. cohæredi, §. qui diſcretas, ff. de vulgari. Et quod ſtiti iuris forma ſeruata ex ordine fieri dicitur l. 2. ff. ad Velleianũ, & ideò extra ordinẽ factum dicitur, quod contra legem ex cauſa fieri permittitur l. nullo 7. ff. ad l. Corneliã de falſis. Quare cum præfectus vigilum, & annonæ præter legem ab Auguſto creati fuerint l. 1. §. 3. ff. de officio præfecti vigilum, extra ordinem vtilitatis cauſa cõſtituti dicuntur l. 2. §. capta deinde, ff. de origine iuris.

3 Interdum etiam ordo formulam ſignificabat, idcoque ordinaria iudicia illa dicebantur, in quibus ſolẽnis, & vſitata iudiciorũ formula ſeruabatur, & rectè notat Donellus lib. 23. coment. cap. 1. E contrario verò iudicia extraordinaria dicebantur, in quibus formularũ cõceptio omittebatur l. pecuniæ verbum 178. §. 2. ff. de verborũ ſignificatione, & rectè notauit Rebardus de authoritate prudentum, cap. 3. Et hoc modo eſt intelligẽdus textus in l. actio 47. ff. de negotijs geſtis vbi extraordinaria iudicia dicũtur non ratione iudicãtis, ſed quia actio de qua loquitur iuriſcõſultus vtilis erat & vtilia iudicia vocantur extraordinaria l. cum filius 17. ff. ſi certum petatur, l. ſi longius, §. 2. ff. de iudicijs: nam in his iudicijs non ſecũdum formulas à lege præſcriptas, ſed ſecundũ alias extraordinarias ex æquitate procedebatur, vt ex multis aduertit Oſualdus ad Donellum lib. 21. cap. 1. littera l.

l. 47. ff. de nego. gest.

4 Quare hodie omnia iudicia rectè dicerentur extraordinaria, cũ iam ſcrupuloſæ verborum formulæ ſublatæ fuerint, l. 1. & 2. C. de formulis, & impetrationibus ſublatis, & probatur in §. fin. Inſtitut. de interdictis, rectè Cuiatius in principio, Inſtituta de actionibus.

5 Omiſsis ergo alijs acceptionibus huius vocis, plerũque accipitur *pro diſpoſitione rerum ſuis accomodatis locis*, vt rectè aduertit Menochius de arbitrarijs in principio, Petrus Gregorius 3. part. ſyntagmatum, lib. 48. cap. 1. cum adductis à Tuſco verbo *ordo*, concluſione 197. qui omnes ferè ex Auguſtino de ciuitate Dei. lib. 19. capit. 13. docent, *ordinem eſſe diſpoſitionem rerum, & collocationem ſecundum prius, & poſterius*: In quo ſenſu diximus ordinem ſcripturæ non impedire cauſam iuris, aut voluntatis l. cum pater, §. fidei tuæ, ff. de legatis 2. Cum ergo neceſſe ſit, vt omnia recto ordine peragantur, vt rectè notat Seraphinus de priuilegijs iuramenti, cap. 33. Menochius de arbitrarijs in proemio, numer. 13. ne alias inordinata diſpoſitio rerum in his, quæ ſunt de ſubſtantia inter actum iuxta doctrinam Pauli de Caſtro conſ. 352. ad finem, lib. 1. nulla enim eſt ſententia à iudice contra ſolitum iudiciorum ordinem prolata, l. prolatam, C. de ſententijs, & interlocutionibus, ideò rectè titulus noſter inſcribitur de ordine cognitionum.